

Passiones sancti Eugenia virginis  
sancti Marini martyris

*Fuirgini*

17

**S**extimo consulatu suo. Incipit passio sancte Eugenie  
commodus Imperator direxit illustrissimam iu-  
rum philippum ad egyptum, ut prefectura ageret alex-  
andrie: & omni potestate que provinciam egyptum  
administrant eius iudicio & prudentie detru-  
rent. Hic itaque cum uxore claudia & duobus filiis  
auro & sergio & filia eugenia, dum uenisset alexandriam: a roma-  
na grauitate ageret prefectura omnem prouinciam egypti romanis  
legibus ordinauit. Cunctis quidem magnam curiositatem sectan-  
tibus: finem imposuit: iudeis uero nec non animi nuncupationem ha-  
bere permisit: christianos autem procul ab alexandria debere esse constitui-  
re. Ipse autem prefectus philosophorum potius erat sectator: quam factor  
idolorum: romanis tamen superstitionibus ac si religiosis cultibus: opera  
dabat: non ratione sed traditione huiusmodi uarietati animo con-  
cordans. Eugeniā uero filiam suam cum litteris liberalibus: perfectis-  
sime docuisset: & ea latino eam quam greco sermone plenus  
instruxisset: etiam philosophiam eam doceri non neglexit. Erat  
enim acris ingenii & tante memorie capax: ut quicquid audien-  
do semel & legendo quiret: attingere: perpetuo retineret in mente.  
Erat enim eugenia pulchra facie & eleganti corpore: sed pulchriori-  
mente: elegantior castitate. Igitur cum quinto decimo etatis  
sue anno ab aquilino aquilini consulis filio peteret sponsa:  
interrogata a patre utrum parenti iuueni illustrissimis ordo-  
natalibus: consentiret: illa respondit: Martius mouebit non talibus:  
Iugendus. Iphis enim non parentibus: est utendum. Igitur dum  
aliis atque aliis se peteret: animo castitatis obfisteret: puenit  
ad manus eius beati pauli sanctissima doctrina: in qua de uirgi-  
nibus: preceptum domini non habens consiliū tam plenum omnimodo  
grae diuinitatis: uirginibus: uitandum propositum. Et licet sub paga-  
nis parentibus: degeret: cepit tamen esse animo christiana. Et quia uisum  
fuerat christianam ab alexandria urbe discedere: rogat parentes